

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De locis ac mirabilibus mundi, mit Register**

**[Nürnberg], 1486**

Ca XLIII

[urn:nbn:de:bsz:31-129620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129620)

inde factum elogium extat: victor ille omnium cer-  
taminum obiit.

De quibusdam mulieribus barbaris & monstru-  
osis. Ex libro de natura rerum.

CA.

XLI

**P**orro in partibus orientis (vt dicit magister  
Iacobus de vitriaco) sunt amalones vide-  
licet in armis & preliis egregie mulieres iu-  
xta montes caspios in insula fluuiouudique circūclu-  
sa plusquam ducenta milia absque virosque consortio seor-  
sum habitantes. Que quando cum regina sua victri-  
ces a preliis reuertuntur: a viris suis que se commora-  
tur extra insulam adorant. Semel autem in anno cau-  
sa generande prolis ad maritos exeunt reuerseque si  
malculum conceperint: ipsum per sex annos nutriunt:  
& postea patri suo transmittunt. Si vero feminam ipsam  
secum referunt: itaque quoniam ex frequenti libidinis usu  
multi spiritus consumunt: prefate viragines quanto ra-  
tius coeunt tanto fortiores ad pugnandum magis ydo-  
nee sunt. In supradictis quoque partibus sunt & mulie-  
res speciosevalde in quodam flumine calido habitan-  
tes: horridas vestes habentes armisque argenteis (eo  
quod ferrum non habeant) vtentes. Sunt & alie in siluis in-  
die barbas habentes usque ad mamillas pellibus anima-  
lium indute: nec viuunt nisi de venatione: habent enim  
per canibus tygrides ac leopardos: rabidaque ferarum  
genera. Sunt & quedam ibi speciosissime mulieres:  
in flumine habitantes: albe sicut nix: sed hoc pulcri-  
tudinis vicium habent quod dentibus humanis caret. &  
caninis horrent. In extremis burgundie partibus cir-  
ca alpes quedam sunt mulieres guttur magnam usque  
ad ventrem protensum tanquam amphoram vel cucurbitam  
amplam habentes. Isidorus ubi supra. Perhibet in  
india gentem esse feminam: que quinquies concipiunt:  
& octauum vite annum non excedunt. Solinus Appolo-  
nides prohibet in scythia feminas nasci que biticie vo-  
cantur: hasque in oculis pupillas habere geminas: & per-  
imere visu si forte irate aliquem aspexerint: he sunt &  
in fardinia.

De quorundam utriusque sexus corporibus immensis.

CA.

XLII

**H**icet autem plerique definiant nullum posse ex-  
cedere longitudinem pedum septem eo quod in-  
tra mensuram istam hercules fuit deprehē-  
sum est tamen romanis temporibus sub diuo Au-  
gusto pusionem & fuisse illam denos pedes & ampli-  
us habuisse perceritatis: quorum reliquie adhuc in con-  
ditorio salustianorum videntur. Postmodum diuo Clau-  
dio principe galbarum nomine ex arabia aduectum  
nouum pedum & totidem uncias. Priscoque aut molem  
testantur etiam orestis suprema cuius ossa olimpiade  
lviij. tegee inuenta a spartanis oraculo monitis: di-  
scimus impleisse longitudinem cubitorum septem. Scri-  
pta quoque ex antiquitate memorians accersit in fi-  
dem veri: quod bello cretico cum clara flumina plus-  
quam viannica terras rupissent: post discessum fluminum  
inter plura buni discidia humanum corpus repertum

sit cubitorum trium atque triginta cuius spectandi cu-  
pidine lucium flaccum legatum metellum etiam ipsum impe-  
dio captos miraculi: quod auditu refutauerat oculis po-  
sitos. Ex libro de natura rerum. In occidentis quoque par-  
tibus reperta est puella quam vnde fluuiorum gurgites  
ab oceano terris adduxerant ignorat: in capite vul-  
neratam & mortuam que quinquaginta cubitorum lon-  
gitudinis erat & inter humeros quattuor latitudinis  
& induta chlamide purpurea. Colosus etiam homo  
monstruosus fuit quem occisum tyberis fluuius coo-  
perire non potuit: ipsumque mare per multa spacia rubro  
languine infecit: vt Adelinus dicit: cuius etiam tem-  
plum & statua rome facta est: que ab eius nomine Colo-  
sus dicitur. Preterea tante magnitudinis homo ali-  
quam visus est: vt in antro suo resupinus iacens: & vna  
manu duos viros tenens crudos eosdem manducaret.

De gentibus monstruosis & primo de gigantibus  
& cynocephalis. CA. XLIII

**S**icut autem in singulis gentibus quedam mon-  
stra sunt hominum: ita in vniuerso genere  
humano quedam monstra sunt gentium: vt  
gigantes cynocephali cyclopes. Gigantes dicuntur iu-  
xta greci sermonis etimologiam qui eos gegines  
exultimant. id est terrigenas eo quod eos fabulose pa-  
rens terra immensa mole & similes sibi genuerit. Ge-  
nem terra appellatur ginus genus: licet terre filios vul-  
gus vocet quorum genus incertum est. Falso autem  
opinatur quidam imperiti de scripturis sanctis peruari-  
catores angelos cum filiabus hominum ante diluuium con-  
cubuisse: & exinde natos gigantes. id est nimium grandes  
& fortes viros de quibus terra completa est. Glosa  
supra genisum. Sunt autem gigantes homines potentes im-  
manes corporibus: superbi viribus: incogniti moribus  
Ex libro de naturis rerum. Ultra gangem fluuium homines  
adeo grandes sunt vt elephantos facile transfiliant.  
Homines quoque genus est insularum ubi etiam montis in-  
cendium legitur: qui vnum oculum sub asprima fronte  
ad clipei latitudinem habent: & dicuntur cyclopedes.  
Hi tante sunt altitudinis vt pererrimas arborum exce-  
dant longitudinem: & sanguine vescuntur. Vnde visum  
est vt diximus quod vnus eorum in antro suo resupinus ia-  
cens vna manu duos viros tenens crudos manduca-  
bat. Isidorus ubi supra. Cynocephali appellantur: eo  
quod canina capita habeant: quosque ipse latratus magis  
bestias quam homines consistit: ibi in india nascuntur. Ex li-  
bro de naturis rerum. Etate quoque nostra delatum est  
aial regi francie Ludouico: capite fere canino: cete-  
ra vero membra corporis habens vt homo. Crura quod  
humano more nudam nusquam vel brachia: collum album  
ac nudum: dorsum vero pilosum: erectus vt homo stabat  
& vt homo sedebat. Coctis carnibus vescitur. vi-  
numque libentissime bibebat: & ita decenter ac mode-  
ste sicut homo cibum manibus capiebat & ori suo infere-  
bat. Genitale membrum habebat magnam ultra quam cor-  
poris quantitas exorgebat: puellis ac femis libentissi-  
me iungebatur: & in sexu viri ac femine discretionem  
habebat: cumque pacatum erat hoc animal instar hominis

mitissime ac decentissime se gerebat: At vero furiis  
agitatū crudelissime mouebat & in hoies seuiebat  
De Ciclopibus ac ceteris. CA. XLIII

**C**yclopes eadem india gignit: dictos ciclo/ pes: eo qd vnū habere oculum in fronte me/ dia pbibent. hi & agriofagite nūcupant: ppter hoc qd solas feraꝝ carnes edunt. Blēmias i li/ bia credunt truncos sine capite nasci: & os & ocu/ los habētes in pectore. Alios sine ceruicibꝰ gigni. oculos habere in humeris. In vltimo aut oriētis mō/ struose gentiū facies scribunt: alie sine naribus eq/ li totius oris planicie: informes habētes vultus: alie labro subteriori adeo pminēti: vt i sol' ardoribꝰ to/ tam ex eo faciē cōtegant dormientes. Aliis cōcre/ ta' ora esse modico tm foramine calamis auenarum/ pastus hauriētes. Nonnulli sine linguis esse dicunt: inuicē p sermonibus vtentes nutu siue motu. Pan/ thios apud scythiā esse ferunt tā diffusa magnitudi/ ne auriū: vt omne corpus ex eis cōtegant. Pan em/ greco sermone omē othi' aures dicunt. Hirthabai/ the in ethyopia pni vt pecora ambulare dicunt. qd dragelimum em' annū nullus supgreditur. Satyri bo/ muntiones sunt aduncis naribus cornua in fronti/ bus habent & pedes capraꝝ pedibus similes: qualē in solitudine sanctus Anthoniꝰ vidit: qui etiā inter rogatus dei seruo respondisse fert: dicēs: Mortalis ego sum vnus ex accolis beremi quos vario errore delusa gentilitas faunos/ satirosqꝰ & incubos colit. Dicunt qdā & siluestres hoies quos nonnulli faunos ficarios vocāt. Sciopodū gens fert in ethiopia sin/ gulis cruribus & celeritate mirabili: quos inde scio/ podos greci vocant: eo qd p estū in terra resupini ia/ centes: pedū suoz magnitudine adumbrent. An/ tipodes in libia plantas verfas habēt post crura & octonos digitos in plantis. Ippodes in scythia sunt hūanā formā & equinos pedes habētes. Item in india ferūt esse gentes qd macrobii nuncupant. xii. pe/ dum staturā habentes: vn et nuncupati. Macron. n. greci longū dicunt. Est & gens ibi statura cubital: quos greci a cubito pigmeos vocant de qua supra diximus. Hi montana indie tenent: quibus est vi/ cinus oceanus. Solinus. Arimaspi gens circa dite/ leon posita monocula gens est: vltra hos & ripheū iugū: regio est assiduis obsessa niuibus vbi hūanos pedes flexis nisibus cruriū serpūt potius quā ince/ dunt: & pergēdi vsum lapsu magis destināt qd gres/ su. Adhuc de eodem. CA. XLV

**E**gastenes p diuersos indie montes eē: scri/ bit natōnes capitibus caninis armatas vn/ guibus amictas vestitu tergoꝝ aialiū bir/ torū ad sermonem hūanū nulla voce latratibus tm/ sonantes: ruētibusqꝰ. Apud thesiam legit quāsdam feminas semel parere natosqꝰ canos ilico fiesi. Esse rursus gentē alterā q in iuuenta cana sit: nigrescat in senectute vltra cui nostri terminos pbenantē legi/ mꝰ: monoclos quoqꝰ ibi nasci singlis cruribꝰ & sin/ gulari pnicitate. que vbi defendi se velint a calore

resupinati plantarū suarum magnitudine inumbrā/ tur. Gangis fontem qui accolūt nullius ad escā opis indice odore pomoz siluestriū viuūt longiusqꝰ per/ gentes eadē illa in presidium gerūt: vt olofactu alā/ tur. Qd si deteriorē forte spūm traxerint eos exani/ mari certū est. Sunt qui ceruicibus carēt & in hūe/ ris oculos habēt. Sunt & qui siluestres corpore bir/ ti: caninis dētibus stridore terrifico. Ex libro de na/ turis rerū. Homies quidā orientis sunt statura me/ diocri: quoz vt lucerne lucēt oculi. Sūt & hoies qd/ dam tantos in dorso strumas habentes. qd quicqd i/ augmētū corporis cedere debet gibbus absorbet. & ob hoc parui sunt velut gnani. In montibus in/ die pigmei sunt cubitales: quibus bellum est cōtra/ grues. In insula brixantis fluiū sunt hoies absqꝰ ca/ pitibꝰ nascētes: quos epiphagos vocāt greci: & sūt octo pedū latitudiuis: totaqꝰ in pectore gerūt offi/ cia capitū: nisi qd oculos habent in humeris. Sūt & hoies quidā vtriusqꝰ sexus nudi incedentes: corpꝰ pilosum in modū bestiaꝝ habētes & eque in flumi/ ne & i terra habitātes. Qui cū extraneos hoies sup/ uenire vidēt in flumine submersi nō apparēt. Sunt agrestes magnivalde & pilosi sicut porci: et quasi fe/ re mugietes. Homies quoqꝰ legunt antiquitus vi/ si qui caudas habebāt: alii qui cornua. Aliquos eti/ am vidimus velut canes emittentes latratūs. Iterū homies quidā siluestres in partibꝰ orientis capti sūt in siluis: qui postqꝰ inter homies domesticos venie/ bant: māducare renuētēs moriebant vel euadebāt. Hoies etiā hermafrodite vise sūt in francia masculi/ ni sexus & feminini.

De quarundā gentium moribus extraneis. CA. XLVI

**D**icto de mirabilibus quorū dā hominū na/ turis: libet etiā hic panca inferre. de quarū dā gētiū barbarū moribus extraneis siue cōsuetudinibus apud gentes ceteras insuetis. Hie ronymus cōtra Iouinianū libro. ii. Scotoꝝ natio p/ prias vxores nō habet: sed vt cuiqꝰ libitū fuerit pe/ cudū more lasciuūt. Perse medi. indi. ethiopes. re/ gna nō modica & roma non impio parua: cū matri/ bus & auis & cū filiabus copulant. Massagete & derbices miserimos putēt qui egrotatione moriū/ tur: & parentes: cognatos. ppinquosqꝰ cum ad sene/ ctam venerint iugulatos deuorāt: rectius esse dicē/ tes vt a se potius qd a vermibus absumant. Eibar/ ni senes quos dilexerunt suspēdūt in patibulo. Hir/ cani volucris & canibꝰ semiuiuos piiciunt. Ca/ spiditē bestis mortuos: Schyte eos qui a defunctis amati sunt viuos infodiūt cū ossibus mortuoz. Ca/ prii canibus ad hoc nutritis subiiciūt senes. Qd cū alexātri prefectꝰ siasanor emendare voluisset: pene amisit puinciam. Solinꝰ. Post inhumanos ritꝰ pri/ mos hominū seres cognoscimꝰ: qui aquarū asper/ gine inundatis frondibꝰ vellera arboꝝ amminicu/ lo depectunt liquoris. & lanuginis tenerā subtili/ tatem bumore domant ad obsequiū: hoc illud seri/

B iiii